Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um] Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise Ordinis Minor[um] de obseruantia ...

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Primum est mysterium virginalis inquisitionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

Visual Library

diuinitas cum dicitur: hic erit magnus & filius altiſſimi vocabitur. Secundo regalis eius auctoritas cum dicitur: et dabit ei dominus deus ſedem dauid patris eius et regnabit in domo iacob. Jacob quippe ſupplantator interpretatur. In his igitur omnibus qui ſunt veri ſupplantatores mundi: carnis: et demonis regnat dominus ieſus. Tertio tangitur regni huius eternitas. cum dicitur. et regni eius non erit finis. Danielis. vij. Poteſtas eius poteſtas eterna que non auferetur et regnum eius quod non corrumpetur.

Tertia eſt nouitas prorſus inexplicabilis operationis que tangitur in euangelio. cum dicitur. Dixit autē maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud. &c. vſq3 ibi. Fiat mihi ſm verbū tuū. Ubi contemplāda ſunt tria precipua myſteria

¶ Primum eſt myſterium virginalis inquiſitionis.

¶ Scdm eſt ſpalis declaratiōis.

¶ Tertium eſt myſterium finalis concluſionis.

Primū igitur eſt myſterium

virginalis inquiſitionis. Cū enim angelus virginem ſalutaſſet & eam multipliciter cōmendaſſet & dī filiū in eius vtero cōcipiēdum nūciaſſet: tunc glorioſa virgo dixit ad angelum humili quidem atq3 modeſto ſermone. Quomō fiet iſtud quoniā virum non cognoſco? Ubi dicit Ambroſius. Non dubitat eſſe faciendum quod quomō fieri poſſit inquirit. Legerat maria. Ecce virgo concipiet: et ideo credidit hoc futurum: ſed quomodo fieret ant non legerat. Hec Ambroſius. Dixit igitur. Quomodo fiet iſtud quoniam virum nō cognoſco. Gloſa. i. in virginitate mea manere ſpōdiſpoſui. Uide q̄nta fuerit eius cōſtātia. Licz ei cōiugata licz ſalutata ab āgelo et multipliciter commendata: licet filium paritura: manſit tamen ſemper in propoſito virginitatis: & videtur potius velle non habere prolem q̄3 perdere virginitatem. Et ideo querit de modo quo ipſa eſſet conceptura. Prouerb. xxxj. Mulierem fortem quis inueniet. Eccleſiaſtici. quinto. Eſto firmus in via dei: quod contra dicitur. j. Timothei: quinto. Conuerſe ſunt retrorſum poſt ſathanam. Et ibidem. Habentes damnationē quia primā fidem irritam fecerunt. ¶ Querere autē ſolent aliqui an fuerit veruz matrimoniū inter mariam & ioſeph: cum beata virgo ſemper habuerit firmum propoſitum permanendi in virginitate ſua. ¶ Ad quod reſpondet magiſter ſententiarū in. iiij. diſtinctione. xxx. q̄ inter mariā & ioſeph fuit veriſſimū matrimoniū. Ubi allegat Auguſtinum di. q̄ inter eos fuit perfectū cōiugium: pfectuz quidē in ſanctitate. Sanctiora enim fiunt coniugia pari voto continentium. De hoc etiam habetur. xxvij. queſtione. ij. cap. Inſtitutum. Quomodo autem potuerit eſſe verum matrimoniuz declarat doctor ſubtilis in. iiij. diſtinctiōe xxx. di. q̄ in contractu matrimonij eſt mutua datio corporum ad copulam carnalem non niſi ſub conditione implicita ſcz ſi petatur. Unde contrahentes cum propoſito ſtatim vouendi caſtitatem vere contrahūt. Ubi ē ergo certitudo ſimpliciter q̄ nunq̄3 petetur carnalis copula: ibi contractus matrimonij in nullo preiudicat voto caſtitatis. Hic autem fuit talis certificatio. Ex quo enim habemus Matthei. j. q̄ angelus inſtruxit ioſeph: di. Noli timere accipere mariam cōiugem tuam &c. Multomagis indubitanter concluditur q̄ ipſa per angelum vel immediate a deo anteq̄3 deſponſaretur ipſi ioſeph fuit certitudinaliter edocta. Noli timere accipere ioſeph virum iuſtum in coniugem. Ecce enim ſpirituſſanctus dabit eū tibi in cuſtodem et teſtem virginitatis tue: qui tecum pari voto continebit.

Scdm eſt myſterium ſpe

cialis declarationis: quod ponitur in euāgelio cū dr. Et rñdēs angelus dixit ei. Spirituſſctūs ſupueniet in te &c. vſq3 ibi: q: nō erit impoſſibile apud deū oēe vbū: vbi facit angelus tria.

¶ Primo tangit operis ineffabilem magnificentiam.

¶ Secundo adducit admirabilem exēpli

¶ Tertio ſubiungit irrefraga (euidētiabilē rationis efficaciam.

Primo tangit operis ineffabilem magnificentiam cum dicitur Spūſſanctus